



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio  
De Rossi, Giacomo Gregorio**

**Romae, 1657**

4 Ordo, quo sedent Aduocati Consistoriales in Concilijs Generalibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10678**

3 priori \* causæ adscribenda est  
 4 admissio Aduocatorum Consi-  
 storialium, quorum vnà cum  
 prædictis meminit Thomas  
 Campegius Episcop. Feltrensis  
 De Concilio cap. 15. num. 23. di-  
 cto tom. 13. part. 1. fol. 407. ibi  
 De Prothonotarijs, Auditoribus  
 Rotæ, Aduocatis Consistorialibus,  
 & alijs plerisque, qui Officiales  
 sunt, & demandato sibi muneri  
 occupati, non est nobis sermo, sed  
 4 si qui sedere deberent\*, seruan-  
 dus esset mos, qui seruatur in  
 Capella Apostolica, si Pontifex  
 presens fuerit: si absens, sedebunt  
 Prothonotarij post Generales, de-  
 inde Auditores Rotæ, postea Theo-  
 logi & Doctores, cæterique ordi-  
 ne suo.

Qua-

QVARTVM. 173

Quare in actis Concilii Ferrariensis & Florentini celebrati sub Eugenio Quarto, & collectis à Card. Horatio Iustiniano part. 1. titulo. *Anuifamenta DD. Deputatorum de modo consedendi in hoc Sacro Concilio Ferrariensi pag. 56. in fine, & 57. in princ leguntur hæc verba. Generales verò Ordinum Mendicantium, Oratores Vniuersitatis studiorum, Subdiaconi, Auditores Palatij, & Auditor Camera, Clerici Camera Apostolicæ, Aduocati Consistoriales, Procuratores Episcoporum, & Prelatorum absentium, Procuratores Capitulorum, Doctores, & Licentiati locum habent, prout in Constantiensi, & Basileensi Concilijs habue-*

bue-

buerunt, & tenuerunt. Et part.  
 2. eorundem actorum post ad-  
 uentum Græcorum, quæ per  
 collationes excepit Andreas de  
 Sancta Cruce Patritius Roma-  
 nus, & Apostolici Consistorii  
 Aduocatus collatione 1. sub num.  
 3. pag. 72. dicitur, Summus Pon-  
 tifex aderat mitra gemmata, ac  
 sacris indutus vestibus, simili-  
 terquè Cardinalibus Episcopis,  
 & Præbyteris stantibus mitra  
 dempta, quibus absquè ornamen-  
 to alba erant, Cardinalibusuè  
 Diaconibus, Diaconorum vestibus  
 albaquè mitra, cæteris Patriar-  
 chis, Archiepiscopis, & Episco-  
 pis ornamento Cardinalium Epi-  
 scoporum more considentibus: Pro-  
 thonorarijs, Correctore, in scabel-  
 lo

QVARTVM. 175

lo. per transfuersum de dextera ad  
sinistram Ecclesie partem disposi-  
to, ordinatis, nobisue Aduocatis  
nostro ordine ad eorum pedes in  
graduum summitate locatis; Au-  
ditoribus, Clericis Camere ad  
Pontificis pedes propè terram ma-  
nentibus. Hic fuit Latinorum  
modus, ordo, formaue in predicto  
Consuentu.

Quæ autem dicta sunt con-  
firmantur, quia in Constantien-  
si\* sess. 5. Ioannes XXIII. de-  
putauit Aduocatos eiusdem Con-  
cilio Magistros Petrum de An-  
charano vtriusque Iuris, Simo-  
nem de Perusio Iuris ciuilib  
Raphaelem de Fulgosiis vtrius-  
que Iuris, & Ardecinum de No-  
uaria Iuris ciuilib Doctores, vt  
le-

5